

quam reconciliari ei dicitur · sed dispon
di & uide · quid sit inter di coniunctionē
& hominum · homo cum uxorem acci
perit · de uirgine mulierem fecit · Ideſt
non uirginem · ſi ream meretricibus
copulatus eas mutat in uirgines · Iuxta
illud quod adulterae dicitur per hiere
miam · Non uocasti me inuocasti · aut
patrem aut principem uirginitatis tuae ·
Unde & apostolus · post fornicationem &
idolorum cultu credentibus corinthiis
loquitur · Dispondi enim uos uni uiro
uirginem castam exhibere xp̄o · que
rimus cuur tertio dispensationis nomen
repetierit · Primum enim ait spon
sabo te mihi in sempiternum · Secundo ·
sponsabo te mihi in iustitia · & in iudicio ·
& in misericordia · & in miserationibus ·
Hec hoc fine contentus · iungit & ter ·
Dum sponsabo te mihi in fide & scies quia
ego dns · Primo dispondit eam in abra
ham · siue in aegypto · ut uxorem habe
at sempiternam · Secundo in monte
sinai · dans eis in sponsalibus legis iu
stitiam atque iudicium · & iunctam legi
misericordiam · Utquando peccave
rit tradatur captiuitati · cum egerit
paenitentiam · reuocetur in patriam ·
& misericordiam consequatur · Deinde
sponsalibus · induerit locis psalmista
decantat · Misericordiam & iudicium
cantabo tibi dne · & misericordia & uerita
obuiauerunt sibi · & iustitia & pax deos cu
late sunt se · quos duos calices in lxx^to
psalmo legimus · Calix in manu dni uini
meri plenus mixto · & inclinauit ex hoc
in illum · De iustitiae calice · in calicem mi
sericordiae · & rursum · De calice miseri
cordiae · in calicem iustitiae · similiter
res inquit obseruabis dne dne quis sustine
bit · quia apud te propitiatio est · Ista igit
meretrix quae primum uoto sponsi in
aeternos fuerat iuncta complexus · ut
numquam auinculo recederet & martiali ·
quia recessit · & in aegypto fornicata est ·
rursum per legitima adsumitur · quia ppe
terit · propheta quasi sponsi sodalibus
qui ad se missi fuerant interfectis · no
uissime uenit di filius dns ihs · quo cru
cifixo · & mortuis resurgente disponsa
tur · ne quaquam in legis iustitiam · sed in
fide & gratia euangelii · Ut cum cognove
rit unigenitum · cognoscat & patrem ·
Dicit enim ipse ad philippum · tanto tem
pore uobiscum sum · & non cognouisti
me philippe · qui uidit me uidit & patre
quomodo tu dicis · ostende nobis patrem ·
non credis quia ego in patre · & pater
in me est · Qui in fide fuerit disponsa
tus · & crediderit euangelio · statim scie
quia ipse est dns · Credens in eum quem
prius negauerat ·

·11·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0032